

tarum. *Johannis Caldrini decreto-
rum doctoris Deo gratias Deo gra-
tias Amen.* Primam hujus *Tabu-
lae* editionem *Maittairius* adfert
Coloniae per Petrum de Olpe
1471. f. alteram præ oculis ha-
beo *Spirae per Petrum Drach*
1481. f. cui manum medicam se
adtulisse in Praefatione ait *Tho-
mas Dorniberg.* Tertiam habes in
F. Gotth. *Freytagii Adpar. lit.*
T. I. p. 83. f. l. et a. f. sub cujus
finem querela de mendosis Calde-
rini Exemplaribus instituitur. In-
ter cetera: *Sicut et illud quod*
nuper circa partes reni constat esse
impressum, quod mille et mille ca-
ret remissionibus. An hic *Colonia,*
an *Spira* petatur, incertum; utra-
que enim vicina *Rheno* est. Sed
Spiram saltem simul peti, argu-
mento esse possit exprobratio,

Quinquaginta david centum psalmosque notavit.
Versus bis mille sex centa sex tenet ille.

II. fol. 6. ventilatur Quaestio:
Vtrum pro reformanda in ecclesia
christi unione necesse est clerum
christi abrenunciare omnibus que
possidet in affectu et effectu et se-
qui christum in evangelica pau-
peritate. Initium: *Respondendo ad*
istam questionem primo ponam unam
breuem protestationem &c. Affir-
mat Autor e mente *Wiclefi,* qui
Paupertatem evangelicam in uni-
verso Clero urgebat; Mendi-
cantium tamen Ordines eam pro-
fitentes non amabat. Mutila in
fine est Tractatio, quae, ut e se-
quentibus patebit, *Pragam* per-
tinet.

Denis Codd. mss. theol. Bibl. Palat.

quae sequitur: *Pretendit in fron-*
te illud Jere. I. A. a. a. domine
nescio loqui &c. *quod potius lo-*
cari debuit in dictione loqui. At-
qui hoc in editione *Spir.* fron-
ti praetensum est, Codice no-
stro, ut supra visum est, castiga-
tius illud ad literam L. relegan-
te. Sed his immorari operae pre-
tium non est.

CLXXXI. VIII. 7. 9.

Codex chartaceus lat. Sec. 465
XV. Folior. 124. 4. currente ca-
lamo exaratus sequentia continet:
I. *Titulos Psalmorum,* ad eum
modum, quo vetustis quibusdam
Bibliorum Editionibus subnexi
sunt; additi et *Tituli Canticorum*
Biblicorum, et *Autores Symbolo-*
rum, et demum:

III. fol. 12. p. 2. Collectanea
in Psalmos inscripta: *Jeronimus*
de laude psalmorum. Loca, quae
exponuntur, notantur minio in
margine.

IV. fol. 18. *Magistri procopii*
de plzna pro libro ydearum. Ini-
tium: *Quia plurimi contra Ma-*
gistrum Johannem (Hu jam for-
maverat calamus, sed delevit)
Wycleff sunt in tantum exacerbati,
Quod ipsum Hereticum et eius
libros hereticos esse dicunt &c. Est
inter *Wiclefi* Scripta Tractatus
de Esse Ideali quorumlibet nun-
quam, quod sciam, typis pro-
ditus, qui tamen Codice isto con-
tine-

tinetur, ut mox videbimus, atque hunc sibi Noster defendendum suscepit. Ratio consilii liquet e clausula finali: *Quia A. d. M^o.CCCC^o.X^o. 16 die mensis Julij qui fuit feria 4. in prima s^a (Septimana?) post arnalphus (alias 18. Jul.) in pragensi curia Archiepiscopali libri M. Job. Wyff (sic) sunt combusti jam predicta replicatio fuit facta eodem anno die ultima mensis Julij que fuit feria 5. in prima s^a don pe steph steph. Quae ultima interpretor, ductu etiam Calendarii *Weleslawinae*, *Abdon*, *Petri ad vincula*, *Stephani Papae* et *Stephani Protomart.* quae Festa scilicet *Augustum* aspiciantur. Librorum exustionem ad h. d. notant praedictum *Calendarium* et *Lupacius* in *Ephemer.* De *Procopio Pilsnensi* ad *Bohemiam* doct. *Bob. Balbini* ex edit. *Cl. Raph. Ungar* P. II. p. 186. ubi tamen *Wiclefi* ὑπερασπισιν egisse non memoratur.*

V. fol. 24. *Domini zdislai de zwiereticz pro libro vniuersalium.* Librum de *Universalibus* inter *Wiclefi* Opera enumerant *Baleus* et *Tannerus*. Itaque et hic propugnatorem nactus est *Zdislaum* nostrum. Incipit ille: *Quia secundum dictum Seneca in libro de beneficijs Ingratitudo est vicium, quo homo ingratus est deo et homini de beneficijs acceptis. Ne ego istud dyabolicum incurrerem vicium qui a deo accepi gratis omnia que habeo, et a Magistro Johanne Wycles tanquam a dei instrumento accepi multam scientiam et praesertim de vniuersalibus realibus —*

ascendi kathedram aduersus venerabilem in christo dominum Sbinconem Archiepiscopum Pragensem nec non aduersus eius preconceptam sententiam et combustionem stultam librorum valde utilium &c. Zdislaum Baronum stirpe prognatum an. ipso 1410. sub Job. Hufso Magisterium Philosophiae adeptum, functum esse Rectoratu Academiae an. 1417. Bob. doctae P. I. p. 63. et 74. reperio, nec plura.

VI. fol. 33. *Gyczin pro tractatu materie et forme.* Quis *Gitsbinensis* hic Magister porro fuerit, qui *Wiclefi* mox dictum Tractatum sibi defendendum sumserit, me latet, nisi quod eum a *Cochlaeo Hist. Huff.* L. IV. p. 170. inter *Huffi Complices* numerari video. Orsus est ille: *Cupiens aliquid de mea tenuitate et penuria protectioni veritatis addicere sufficientiam scientie non inuenio &c.* Sub finem declamationis suae ait: *Quidam consensor condempnationis et clamoris illius particeps asserit sese descendisse et fuisse in inferno et vidisse ipsum Wicleff, sed quia caret testibus ideo pro tam temerario mendacio sibi minus in alijs est credendum.* In margine hic notatur fuisse *Job. peklo*.

VII. fol. 38. *Magistri Symonis Tysnow pro Tractatu probationum.* Mere logicus videtur fuisse Tractatus hic de *Probationibus Propositionum*, ut in ipsa Defensione adpellatur, quo tamen Titulo in Catalogo Operum *Wiclefi* non legitur. Incipit vero ipsa Defensio: *Audistis heri et pridie*

pridie Magistros et dominos meos reuerendos librorum scripture sacre defensores, qui habitu theologico induti sua verba scripture sacre deuotissime coaptarunt. Ego uero me posui pro defensione logice puerorum, ideo mea disponam verba pro audientia puerorum &c. Id, quod fideliter praeferat, instituto maxime dialogismo: O mi tractatule innocens et iuste, quid queso aduersi hijs tuis condempnatoribus et prelatis ceteris intulisti. An forte ambitionem superbam in prelatis corripuisti? Respondet tractatulus. Non mei est hoc officii sed hoc pertinet ad Librum de Ciuili dominio (Wiclefi) qui mecum eciam est

Zbinko Biskup Abeceda
Sbinco Episcopus Abecedarius

a Wenceslao Rege, ut refert Stephanus Dolanens. in Antibusso c. 16. sub capitalis sententiae poena prohibita. Oratorem nostrum Simonem de Tiffnowa partes suas postmodum deseruisse motum maxime adhortationibus praedicti Stephani Carthusiae Olomuc. Prioris, qui P. I. c. 2. Epistolae ad Hussitas eum adloquitur, liquet praecipue e Tractatu ejus Mf. contra IV. Hussitarum Articulos, quem excitat Cl. Ungar ad Balbini Bob. doct. P. II. p. 137.

VIII. fol. 42. Tractatus Job. Wicleffi de Ideis, supra a Procopio Pilsnensi defensus. Initium: Tractando de ydeis primo oportet querere si sint supponendo &c. Finis: Ego autem elegi mihi magis

condempnatus. An forte infaciabilem voraginosamque sacerdotum auariciam correxisti. Respondet tractatulus. Non ego, sed sermones super euangelia per circumum anni hoc fecerunt mecum condempnati &c. Vides igitur Athletas quatuor ex condicto in arenam progressos, non omnino injuria; teste enim ipso Balbino Bob. doct. P. I. p. 83. Zbinko ab Hazmburg Archiepiscopus scriptos de haeresi libros comburit, non nimis magno delectu adhibito, quae res supra modum Universitatem offendit, sic ut cantilenae in Archiepiscopi ignorantiam ab Academicis componerentur. Talis fuit illa:

spalil knihy nic newieda.
combussit libros nihil intelligens.

pro probabili quod omnis creatura et solum creatura habet ydeam propriam in deo. et sic est finis. Amen.

IX. fol. 54. p. 2. absque titulo Tractatus Mathematico physicus de Quantitate, de Circulis, de Mixtionibus Corporum et Qualitatum, de Densitate et Raritate, de Augmentatione, de Motu locali et Alteratione. Ejus initium: Opinio est quod quantum continuum componitur ex non quantis, et hoc sic. Puncta componunt lineam et lineae superficiem &c. Finis: limitat natura superiorum quod illorum trium aget. et sic est finis Deo gratias. Nescio, an et haec ad Job. Wiclefum pertineant, quem quidem de Raritate et Densitate et de Motu locali scripsisse apud
Ii 2 Ba-

Baleum video. Manus tamen in *Cod.* diversa est.

X. fol. 90. *Tractatus*, ut e calce praeoccupo, *Magistri Stanislai de Vero et Falso*. Incipit: *De vero et falso aliqua generaliter pertractare non erit inutile. Et quidem primum de vero incipiendum est. Ponitur autem solita divisione quoddam verum entis et quoddam propositionis &c.* Capitibus XIV. constat Praelectio haec Logicotheologica et finit: *Illam autem veritatem studeamus agnoscere, quam semel uidisse est omnia didicisse, cui laus &c.* Adnotavit illam e *Cod.* praesenti *J. Dom. Mansius ad Fabricii Bibl. med. Lat. L. 18. p. 202.* Vide in *Indice*, quae de *Stanislao*

*Uwiechzssi zzwathy iacob zzlome
Chzinem trogie chzcty hotowe
Yus iemu pizzmo wydawa
Podle tyechto trsi chzcty prawa &c.*

Et alia similia Rhythmica.

CLXXXII. VII 7. 14

470 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 188. 4. a diversis manibus sequentia continet: I. *Concordantias Bibliorum* triplici columna caractere minuto et difficili scriptas, cum cetera, quae succedunt, nitide exarata sint.

II. fol. 65. Incipit epistola *Enee Siluii de pecolominibus quae est de situ thabur et communione sub utraque specie.* Data ad *Johannem S. Angeli* Cardinalem *Diac.* initium habet: *Quamuis*

de Znoyma dixi ad *Codd.* plures. Unde illum *Cl. Ungar* in not. ad *Balbini Bob. doct. P. II. p. 173.* Ordini Praedicatorum adscripserit, nescio. *Quetifus* et *Echardus* eum inter suos non censuere. *Stephanus Dolanens.* suum ei *Antibussum* dicavit, qui legitur *T. IV. Thes. Anecd. Peziani p. 363.* Ad calcem nobis haec nota miniata jacet: *A. d. M^o.CCCC^o. XII. feria 5^a post festum Marci tempore Exequiarum amici przisnako- nis Nicolai de Mnich.*

Codici praetexta est Membrana exhibens Partem *Passionalis* rhythmici *Sec. XIV.* eleganti manu bohemicæ, sed singulari orthographia exarati. En specimen:

*Major Sanctus Jacobus dicitur
Opere trium virtutum expeditus.
Ius ei Scriptura tradit.
Secundum harum virtutum normam.*

apud bohemos apostolice sedis legationem habueris &c. et finem: *Quando deus et fata uolent veniemus ad te.* *Ex noua ciuitate (Neustadt Austr. infer) Kalendas (praepono duodecimo) septembris Anno domini M^o CCCCL primo.* Litterae hae ad Historiam temporis non parum opportunae leguntur in *Edit. Opp. Aeneae Silv. Basil. 1571. Lib. I. Epist. n. CXXX. p. 660.* expressae ad veteres *Sec. XV.* Editiones, quarum et *σφαλμαρα* retinere, ut conferenti patet. Ita utrobique mox sub ini-